



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 148. Hæ propositiones de Basileensi Synodo damnatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

V. *Humana natura in Christo, vere est* *saecul. XV.*  
*Christus: Natura humana in Christo est* A. C. 1435.  
*persona Christi: Ratio suppositalis determi-*  
*nans humanam naturam in Christo, non*  
*realiter distinguitur ab ipsa natura deter-*  
*minata.*

VI. *Natura humana assumpta a Verbo*  
*ex unione personali, est veraciter Deus natu-*  
*ralis & proprius.*

VII. *Christus secundum voluntatem crea-*  
*tam, tantum diligit naturam humanam u-*  
*nitam personae Verbi, quantum diligit na-*  
*turam divinam.*

VIII. *Sicut duae Personae in divinis sunt*  
*aequaliter diligibiles, ita duae naturae in*  
*Christo, humana & divina, sunt aequali-*  
*ter diligibiles propter personam commu-*  
*nem.*

IX. *Anima Christi videt Deum tam cla-*  
*re & intense, quantum clare, & intense*  
*Deus videt seipsum.*

§. CXLVIII.

*Hae propositiones a Basileensi Synodo*  
*damnatae.*

**O**mnnes haec propositiones, pluresque  
 alias ex eadem radice pullulantes, *Trithem. &*  
 atque in praedicto libro contentas Syno- *Bellarmin. de*  
 dus tanquam erroneas in fide damnat, u- *script. Ec-*  
 nacum ipso libro, ex quo decerptae erant, *clesiast.*  
 necnon, cum omnibus tractatibus, quos  
 O 4 Auctor



**Sæcul. XV.** Auctor in operis sui defensionem con-  
A.C. 1435. scripsit. Nec tamen propterea Patres  
 personæ Auctoris præjudicare intende-  
 bant, quoniam, etsi debite a Synodo ro-  
 catus non comparuisset, æquas tamen  
 absentiae suæ causas allegavit, suamque  
 doctrinam, cunctosque libros suos judicio  
 Ecclesiæ submitit. Hic anno a Christi  
 nato supra millesimum quadragesimum  
 quadragesimo tertio, seu ex aliorum opi-  
 nione, Anno millesimo quadragesimo  
 mo quadragesimo quinto ex hac vita  
 migravit, præclaris virtutum signis de-  
 coratus.

*Conc. Basl.  
 append. 1.  
 art. 16. tom.  
 12. 2. conc.  
 p. 824.*

## §. CXLIX.

*Decretum Synodi adversus Venetos.*

*Bonfin. 3.  
 decad. 2.*

**H**oc item anno prope ad finem verge-  
 te die vigesima secunda Decembris  
 Basileenses generalem instituerunt con-  
 gregationem, in qua Synodus sententiam  
 protulit contra Venetos, qui omnes ter-  
 ras Ludovico Duci Patriarchæ Aquile-  
 jensi ablatas restituere jubebantur, et  
 eorum Duci, Consiliariis, Nobilibus, & Pro-  
 curatoribus indicta excommunicationis  
 poena, atque interdicti populo infir-  
 gendi. Ergo Synodus præcipiebat Ve-  
 netis, ut urbem, arcem, terras, prædia,  
 cunctaque alia bona, quæ ab Aquilejensi  
 Ecclesia occupaverant, redderent; Pa-  
 triarchæ